PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 176v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Beati domus est mentis secretum · ubi diuitias scās et gloriam perpetuam reponit · quisquis dñi praecepta compleuerit, Iustitia enim hominis dicitur · quę dño largiente prestatur ⁊

Iocundus homo dicitur · non tam hominibus acceptus · quam dō gratus, qui miseretur · idest qui egentibus sua bona tribuit, Commodare enim uidetur · quando dat homo temporalia · et recepturus est aeterna, Ipse ergo disponit sermones suos · qui se dona dī geminasse probauerit dicens, dñe quinq talenta tradidisti mihi, Non commouebitur · id aglorią dñi nullatenus separetur ⁊

Cor enim hic positum est pro affectu rectę mentis · Confirmatum est ergo cor iusti · cum nulla seculi felicitate mollescit, Donec despiciat inimicos · idest in illa futura iudicatione despecti sunt omnimodo aduersarii ⁊

Gloria & diuitię in domo eius · & iustitia eius manet in seculum seculi ⁊

Exortum est in tenebris lumen rectis · misericors & miserator & iustus ⁊

Iocundus homo qui miseretur & commodat · disponet sermones suos in iudicio · quia in eternum non commouebitur ⁊

In memoria eterna erit iustus · ab auditione mala non timebit ⁊

Paratum cor eius sperare in dño · confirmatum est cor eius · non commouebitur donec dispiciat inimicos suos ⁊

Dispersit dedit pauperibus · iustitia eius manet in seculum ÷ seculi : ·

Venit enim lux quae superat omnem lucem, In tenebris · Intus sunt in corde uerę istae tenebrae · ubi sol mundanus non potest accedere, quas illud lumen expulit · quod mortem uicit, misericors · qui confitentur ei, qui uero contemnunt · iustum iudicem sustinebunt ⁊

In memoria aeterna erit iustus · quia uocatur ad premium, Impius enim dicitur · nescio uos, ab illo audito malo non timebit · quem audituri sunt impii, Ite in ignem aeternum, Malus enī illis ille auditus uidetur · qui iusta seueritate puniendi sunt ⁊

Dispersit · haec sententia pertinet ad illud preceptum, uade uende omnia & da pauperibus, qui haec fecerit · iustitiam operatur · quia dñi